MARTINI
BONACINÆ
MEDIOLANENSIS,
SACRÆ THEOLOGIÆ, ET I.V.D.
COMITIS PALATINI,
Et vtriuſque Signaturæ Referendarij Apoſtolici

OPERVM DE MORALI THEOLOGIA,

& omnibus Conſcientiæ nodis, in tres Tomos diſtributorum,

TOMVS SECVNDVS

IN QVO DE LEGIBVS, DEQVE DECALOGI, ET ECCLESIÆ PRÆCEPTIS,

Itemque de reſtitutione, & Contractibus accuratè diſſeritur.

Editio nouiſſima, ex diligenti per ipſum Authorem, dum viueret recognitione, emaculata; & ſingulis propè paginis nouis acceſſionibus, poſt obitum eiuſdem Authoris repertis, abundantiſſimè locupletata.

VENETIIS, M.DCCX.

Apud Blaſium Maldura.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

INDEX
CONTINENS SINGVLAS DISPVTATIONES, Quæſtiones, Sectiones, Puncta, Paragraphos, & Difficultates, quæ in hoc ſecundo Tomo continentur.

DISPVTATIO I.
De legibus in genere, & in particulari. pag. 1
QVAESTIO I.
De iis, quæ pertinent ad legem præceptiuam, & pœnalem. 2
Punct. 1. QVID ſit lex. ibid.
2. Quotuplex ſit lex. 3
3. Quis poſſit legem condere. 4
4. Quænam conditiones requirantur ad legem condendam. 9
5. De materia legum. 14
6. De ſubiecto legum, de iis videlicet, qui legum obligatione aſtringuntur. 15
7. De effectu legis humanæ. 23
§. 1. Vtrùm lex humana obliget, aut obligare poſſit in conſcientia. ib.
§. 2. Vtrùm lex pœnalis obliget in conſcientia. 24
§. 3. Vtrùm lex iniuſta obliget in conſcientia. 28
§. 4. Vnde poſſimus cognoſcere legem humanam ſub mortali obligare. 31
§. 5. Vtrùm actus factus contra legem prohibentem, vel irritantem, aut præſcribentem certam ſolemnitatem irritus ſit, & inualidus. 34
8. Quomodo explicanda ſit lex humana. 37
9. Quibus actibus ſatisfiat præcepto. 41
10. Qua intentione ſatisfaciendum ſit præceptis, ſeu legibus. 42
§. ult. Quibus modis, ſeu quibus de cauſis lex, & ipſius obligatio ceſſet. 43
§. 1. Vtrùm lex ceſſet per contrariam legem, vel per ipſius diſpenſationem. ibid.
§. 2. Vtrùm lex ceſſet per ceſſationem cauſæ, vel per epiKeiam. 45
§. 3. Vtrùm lex ceſſet per contrariam conſuetudinem. ibid.
QVAESTIO II.
De diſpenſationibus.
Punct. 1. Quiſnam diſpenſare poſſit in lege humana. ibid.
2. Quid requiratur, quidque ſeruandum ſit, dum aliqua diſpenſatio de mandato Summi Pontificis expeditur. 53
3. Vtrùm ad diſpenſationem cauſa requiratur. 55
4. Vtrùm diſpenſatio ob narrationem falſi, aut taciturnitatem veri inualida, ſeu obreptitia, & ſubreptitia reddatur. 59
5. Vtrùm diſpenſatio reddatur inualida ob taciturnitatem alicuius qualitatis, quam iura ſpecialiter exprimi volunt. 63
6. Vtrùm diſpenſatio per metum, aut dolum obtenta valida ſit. 66
7. Vtrùm valida ſit diſpenſatio quam quis obtinet non exprimendo ſe illam antea petiiſſe, ſed non obtinuiſſe. ibid.
8. Vtrùm valida ſit diſpenſatio obtenta ſine mentione alterius diſpenſationis de eadem re priùs obtentæ. 67
9. Vtrùm habens plura impedimenta, ſeù vincula, validè obtineat diſpenſationem vnius, non explicatis aliis, quibus obſtrictus tenetur. 68
10. Quibus modis diſpenſatio vim ſuam amittat. 69
§. 1. Vtrùm diſpenſatio vim ſuam amittat, ceſſante cauſa, ob quam conceſſa fuerat. ibid.
§. 2. Vtrùm diſpenſatio iam conceſſa vim ſuam amittat per mortem concedentis, aut per reuocationem, vel per renunciationem diſpenſationis. 70
§. 3. Vtrùm diſpenſatio vim ſuam amittat per primum actum. 71
11. Cuius expenſis obtinenda ſit diſpenſatio. 72
QVAESTIO III.
De priuilegiis.
Punct. 1. Quid, & quotuplex ſit priuilegium. ibid.
2. A quo, & cui concedenda ſint priuilegia. 74
3. Vtrùm priuilegium, vel diſpenſatio obtineri poſſit abſque ſcientia, vel mandato priuilegiarii, & vtrùm vim ſuam habeat antequam acceptetur. 75
4. De materia, & effectu priuilegii. 76
§. 1. Quænam ſit materia, & effectus priuilegii, reſpectu illius, cui priuilegium conceditur. ibid.
§. 2. Quid requiratur ad validitatem actus, quos priuilegiarius virtute priuilegii facit. 77
5. Vtrùm priuilegiarius poſſit vti priuilegio in quolibet loco concedentis. ibid.
6. Vtrùm priuilegiarius poſſit extra territorium concedentis vti priuilegio abſque determinatione loci conceſſo. 78
7. Quomodo explicandum ſit priuilegium, quando ipſius verba ſunt obſcura, ſeu dubia. 79
§. 1. Quomodo explicandum ſit priuilegium tam fauorabile, quam odioſum. ibid.
§. 2. Vtrùm priuilegium cenſeatur conceſſum ſolummodo perſonis, aut rebus, quæ in priuilegio ſunt expreſſæ, an etiam cenſeatur aliis conceſſum. 81
8. Quibus modis priuilegium amittatur. 82
§. 1. Vtrùm priuilegium amittatur per mortem concedentis, aut illius, cui conceditur. ibid.
§. 2. Vtrùm priuilegium amittatur lapſu temporis, aut ceſſatione cauſæ propter quam conceſſum fuerat. 87
§. 3. Vtrùm priuilegium amittatur per reuocationem. ibid.
§. 4. Vtrùm priuilegium amittatur per renunciationem. 90
§. 5. Vtrùm priuilegium amittatur per non vſum. ibid.
§. 6. Vtrùm priuilegium amittatur per contrarium vſum, id eſt, per actum contrarium priuilegio. 91
§. 7. Vtrùm priuilegium amittatur per abuſum. 93

DISPVTATIO II.
De peccatis.
QVAESTIO I.
De peccato originali.
Punct. 1. Vtrùm detur peccatum originale. ibid.
2. Quid ſit peccatum originale, & vtrùm veram habeat peccati rationem. 94
3. Quinam, & à quo peccatum originale contrahatur. 95
4. Quam pœnam patiantur, qui cum ſolo originali decedunt. 96
QVAESTIO II.
De peccato actuali, & habituali. 97
Punct. 1. Quid ſit peccatum actuale. ibid.
2. Quid ſit peccatum habituale. 99
3. Quid requiratur ad peccatum actuale. ibid.
4. Vtrùm dari poſſit actus indifferens, qui nec bonus, nec malus ſit in genere moris. 101
5. Quanta ſit peccati malitia. ibid.
QVAESTIO III.
De peccato mortali, & veniali. 102
Punct. 1. Vtrùm detur peccatum mortale, & veniale. ibid.
2. Vnde peccatum veniale ſuam accipiat denominationem. ibid.
3. Quotuplex ſit peccatum veniale. 103
4. Vtrùm peccatum veniale differat à mortali. 104
5. Vtrùm peccatum mortale poſſit aliquando fieri veniale, & è contra. ibid.
QVAESTIO IV.
De diſtinctione ſpecifica, & numerica peccatorum. 107
Punct. 1. Vtrùm omnia peccata ſint connexa, aut paria. ibid.
2. Vnde numerica peccatorum diſtinctio deſumatur. 109
§. vnic. Quot peccata committantur ab eo, qui alium ſuo conſilio, vel malo exemplo, vel alia ratione ad peccatum inducit. 111
3. Vnde ſpecifica peccatorum diſtinctio deſumatur. 114
4. Vtrùm peccatum omiſſionis ſpecie differat à peccato commiſſionis. 116
5. Vtrùm peccata cordis, oris, & operis ſpecie differant. 119
6. Vtrùm peccet, & qualiter peccet, qui facit aliquid contra conſcientiam. 120
7. Vtrùm faciens aliquid cum conſcientia dubia peccet. 123
8. Vtrùm faciens aliquid cum ſcrupulo peccati peccet. 125
9. Vtrùm peccet, qui ſequitur opinionem probabilem relicta tutiore, vel probabiliore. 126

TRACTATVS
DE LEGIBVS
DISPVTATIO PRIMA.

De Legibus in genere, & in particulari.

CVm vſu receptum ſit, & moribus Doctorum comprobatum, vt ea primo loco diſſerantur, quæ ad aliorum cognitionem viam, & aditum parant, operæ pretium duxi, de Legibus in vniuerſum in primis diſputare; cùm illis veluti luminibus prædemonſtretur via, & aditus pateſiat ad dignoſcendos latentes moralis Theologiæ ſinus, & receſſus. Itaque, vt debito progrediar ordine, vniuerſam de Legibus in genere diſputationem in tres partiar queſtiones.

In I. ſermo erit de ijs, quæ pertinent ad legem præceptiuam, & pœnalem, & ad ipſius ceſſationem.

In II. de diſpenſationibus, quibus homo à legis onere, & obligatione eximitur.

In III. de priuilegijs. Sed priùs.

Præmittendum eſt primò legem, iuxta D. Thomam *p.2. q.90. art.1.* Valent. *tom.2. diſp.7. qu.1. punct.1.* (Paul. Layman *lib.4. tract.4. cap.1.* Reginald. *lib.13. n.10.* Suarez, Salas, Molfeſ. & alios *locis citandis*:) dici à *ligando*, eò quod homines ligentur, ſeu obligentur legibus ad aliquid præſtandum, vel omittendum. Propterea lex in Scriptura appellatur *vinculum*, & *iugum*, Pſalm. 2. *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum*.

Secundò legem, iuxta Iſidor. 2. *Etymologiarum*, *c.10.* Tolet. *lib. de ſeptem vitijs*, *cap.22.* Clauem Regiam *lib.13. c.1. n.1.* dici à *legendo* eò quòd lex edatur, & ſcribatur, vt legi poſſit, vel vt ſæpiùs legatur ad inſtructionem, & illuſtrationem mentis, iuxta illud Pſal. 18. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*; quanquam non eſt de ratione legis, vt ſcribatur, nam ſicut conſuetudo vim legis habet, & obligat, etiamſi non ſcribatur; ita etiam lex poteſt vim legis habere, & obligare etiamſi in ſcriptis non ſit expreſſa: regulariter tamen per ſcripturam exprimi conſueuit ob allatam rationem.

Tertiò, iuxta Marc. Tull. 1. *de legibus* legem ſuam trahere origine à *deligendo*, quatenus docet quænam deligenda, & eligenda ſint. Idem docet Sot. 1. *de iuſt. q.1. art.1.* Alfonſ. a Caſtro *l.1. de poteſtate legis pœnalis*, *c.1.* Clauis Reg. *loc. cit.* Salas *diſp.1. de legib. ſect.1.* Petr. de Lorca *in tr. de legib. verſ. vocis huius*, Molfeſ. *in ſumma tr.9. c.1. n.11.* Laym. *lib.1. tr.4. c.1. n.1.*

Quartò, legem varijs nominibus appellari; nam à Latinis nomine *iuris* aliquando appellatur; tum quia lex definit, & præſcribit quod iuſtum eſt; tum quia vnicuique tribuit quod ſuum eſt, iuxta definitionem iuſtitiæ, quam *in tract. de reſtitutione* diximus eſſe virtutem tribuentem vnicuique ſuum *l. iuſtitia, ff. de iuſtitia, & iure*, tum quia conſiſtit in iuſſione, ac imperio. Ita Suarez *lib. de legibus*, *c.2.* & alij DD. citati. Aliquando nuncupatur *conſtitutio*, aut *ſtatutum*, aut *ſanctio*. Quanquam, propriè loquendo; non eſt idem lex, & ſtatutum: nam lex propriè dicitur illa, quæ fertur à Principe ſupremo, vt à Papa, Imperatore, Rege, vel à toto populo. Statutum dicitur illud quod fertur à Principe inferiore, vel à Populo ſubdito Principi, vt ſunt ſtatuta nonnullorum oppidorum, aut ciuitatum, exempli gratia, Mediolani, Nouocomi, Modoetiæ. Ita Azorius *p.1. l.5. cap.1. quæſ.3.* & alij communiter.

Ab Hebræis dicitur *Thora*, quod ſignificat docere, & ordinare ea, quæ præſtanda ſunt, vt docet Valentia *p.2. diſp.7. q.1. punct.1.*

A Græcis appellatur *νόμος* quod ſignificat paſcere, & inſtruere. Ita Salas *p.2. tr.24. diſp.1. ſect. 3. n.8.* Azorius *loc. cit. quæſ.1.* & alij.

His breuiter præmiſſis accedendum eſt ad ea, quæ primo loco propoſuimus explicanda.